



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

147 Vtilitas Clericorum priuata redundat in ipsius Ecclesiæ vtilitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Ait Pont. *quam utilitati vtriusque imminere credebant.* Imminere utilitati vtriusque credebant si ambo permutantes hanc suam permutationem; hoc est, credebant eam vtrique profuturam. sic enim Pōtifex ipsorum permutantium videtur vti sermone satis improprio longēque petito, non suo proprio. quanquā quod imminet, futurū scilicet est. Sed ad rem. notāt hic obiter nostri Doctores, & rectē notāt, permutationem beneficiorum fieri posse vel ob solam permutantium utilitatem etiam si non ita singulariter ipsius ecclesie vertatur utilitas: qua de re quia superius ad fin. cap. Quæsitum. differuimus, non est quod hic laboremus: hoc tamen vno superaddito, priuatam permutantium utilitatem redundare simul in aliquam semper utilitatem ipsius ecclesie cui seruiunt; nam; quantò lubentiùs in aliqua quis ecclesia viuit, tantò alacriùs ibidem Deo seruit.

146
Imminere vtilitati vtriusque. i. vtriusque profuturum, vel utile futurum.
Rhetoricatio Supplicantiæ.

147
Utilitas clericorum priuata reuadat in ipsius Ecclesie utilitatem.

Ait Pont. *Præbenda eiusdem G. cuidam suo consanguineo assignata.* Quod si permutatio hæc legitimè fuisset facta, nihil in hac assignatione fuisset peccati, sicut ex D. Thoma probauimus ad cap. præcedens vbi de resignationibus in fauorem disputabatur.

148
Consanguineis per Ecclesiasticis beneficiis consilere.

Ait Pont. *Præbendam suam ei sicut promiserat, noluit resignare.* Causatus fortasse simonia callidè; cum potuissent ambo permutantes coram Episcopo suo Leodiensi cōparere atque permutationē suā cum ipsius cōsensu canonicè perficere simul & semel; quandoquidē Namurcū vbi Gerardus habebat suam præbendā,

149
Permutatio beneficiorum hinc inde simul & semel implenda.